

priis duximus exprimenda vocabulis: *locum qui dicitur Budrium cum pertinentiis | suis in loco qui vocatur Domus Lascus octo iugera terre et duas perticas. Et quicquid ecclesia sancti Domnini habebat in Garelasio.* Omnes etiam terras illas quas illustris vir Pelavicinus marchio una cum uxore et filiis suis | et Conradus¹ Cavalcabovem marchio cum sua uxore et vasalli ipsorum marchionum et ecclesia s. Marie de Castellione et ecclesia de Florentiola et nobilis signifer Placentie civitatis et Malcorredus vicedominus et Fulco advocatus et Bonizo | de Andito et Ardengus vicedominus et Grimerus et Baiamons vicecomites et Gislentio et Bernardus et Iohannes et Calvus fratres filii Salvii Ardicionis et Malus parens et Rainaldus Surdus et Malacria et filii Reinerii nobiles predictae civitatis | seu omnes alii boni viri, qui eidem loco devotionis intuitu vel vendicionis seu concanbii atque commutationis contulerunt. Quas nimirum eiusdem loci fratribus quietas et liberas iure perpetuo permanere et ab omni exactione remotas² | fore sanctimus. Decernimus etiam ut a loco, qui dicitur Barastalla usque ad Seolum et a Seolo usque Florentiolam³ et a Florentiola usque ad Basilicam Ducem et a Basilica Duce usque ad Sanctum Andream et a Sancto Andrea usque ad predictum¹ | Barastallam, quos terminos a venerabili Arduino episcopo nec non clero et populo designatos atque a Lothario predecessore Romanorum imperatore confirmatos⁴ fore cognovimus, nulla ecclesia quolibet tempore nulla ecclesia⁵ construatur | nullaque secularis habitacio prossus⁴ fiat. Quicquid etiam prefatus episcopus⁶ de terris ad ius sui episcopatus pertinentibus prefato cenobio concessit, nos regia auctoritate confirmamus. Confinia quoque que predictus Pelavicinus | marchio una cum uxore sua de terris sui iuris pro remedio animarum suarum ipso monasterio concesserunt et contradiderunt, corroboramus et ne quis ea mutare vel transferre presumat prohibemus; videlicet sicut rivus de Pontiore⁷ | transsit⁴ usque ad viam que vadit usque ad Seolum et sicut ipsa confinia⁸ desuper Salecetum usque ad viam que vadit usque ad Castellionem et sicut eadem via vadit desuper caudam de Luxerdo usque in

1) Undeutlich, weil das Pergament hier etwas faltig und die Schrift verblasst ist. 2) Zu den letzten Worten am Rande eine Hand. 3) Zuerst stand nur da 'Florentia' (Florentiam); dazu hat eine andere(?) Hand noch ein zweites Abkürzungszeichen gefügt: 'Florentiā'. 4) Sic! 5) Unnöthige Wiederholung! 6) 'ēpc.' 7) 'ore' scheint von anderer Hand hinzugefügt. 8) Ein Wort oder zwei unleserlich, weil das Pergament schadhaft.